

# Juris Publici

## Gedanensis

### Prooemium

Jus Publicum Gedanense est

Jus ad Statum Civitatis Gedanensis pertinens. Et cum ille Status sit duplex, alius Ecclesiasticus, alius Politicus, hinc etiam duae sunt partes nostri Juris publici, quarum alia versatur circa Sacra et Ecclesiastica, alia circa Politica.

De utraq; in sequentibus agendum.

Civitas Gedanensis, unde nomen suum habeat, quod Germanice Danzig et Latine Gedanum vocetur, de eo variae extant opiniones, quae in compendio videri possunt apud Reinhold Curicke Chronic. Gedan. L. I. C. 1. Optima videtur esse opinio illorum, qui nomen hoc à Gothis Civitatem hanc accepisse tradunt, de quo Andr. Althamer Coment. in Taciti German. p. 317. Cluver German. antiqu. L. III. C. 34. siquidem vox Danzig sive Dantzicke vetus vocabulum Gothicum est, desumptum à voce DAN, quae Deum significavit, ex qua postea, variante Dialecto

sub

L.